

THESAURVS  
RERVM, ET VER-  
BORVM VIR-  
GILII.

In Academia Turnonia Societatis  
IESV collectus.

ESCET SVPER EVM SPI-



ET PIETATIS. ISA. I. REQVI-

RITVS SAPIENTIAE.

FORTITVDINIS,

TURNONI,  
APVD CLAVDIVM MICHAELEM,  
Eiusdem Academiae Typographum.

CID IO XCVIII.

CPM PRIVILEGIO REGIS.

Coll. Soc. Iesv Salm. ex dono R. Gunn.  
*John B. B. B.*



CLAVDIVS MICHAEL,  
ACADEMIAE TVRNONENSIS  
TYPOGRAPHVS, LECTORI

CANDIDO S.

**V**T illustrissimi D. Turnonij singulari favore, ac benefi-  
centia sedem stabilem, & domicilium in hac nobilissima  
Turnonēsi Academia collocavi, eò me statim cogitatio-  
ne, animoq; toto converti (amico Lector) vt Thesaurum  
Virgilianū, opus sanè magni laboris, nec mediocriter ab Adolescēti-  
bus studiosis expetitum, quamprimum typis mandarem. Quod qui-  
dē eò libentius aggressus sum, quò magis & ipse animaduerti, &  
ab alijs certior sum factus Communes Locos eiusdem Poëta, quā-  
uis longè imperfectiores, vt pote rudia quadā operis huiusce prin-  
cipia, vbiq; tamē studiosa Iuuentuti placere, & doctissimis viris pro-  
bari. Sed ecce tibi in medijs fere conatibus nostris ingruente saeva  
Lue, percussis nobis, penoq; obrutis, tantū abest, vt vniverso operi  
manus vltima imposita sit, vt vix prima pars (ex qua tāquā capi-  
te corporis totius pulchritudinē melius quā ex vngue leonē posseis  
agnoscere) vix, inquā, hac prima pars, quæ est de Disgentiū, cōfici  
& absolui potuerit. In qua tamen vna, quantus rerū, verborūque  
Thesaurus inueniatur, siue de Diis ipsis, siue de Semideis, & H-  
roibus, siue de Cælo, siue de Inferis, siue de Templis, siue de Sacrifi-  
ciis seu denique de vltia pietatis, cultusq; diuini parte quæratū, ex  
sequētib. dimisionib. (quas in schemata quadā τὸς συνήθως ἰρνα  
redactas vides) satis intelligitur. Accipe igitur grato animo (Lector  
beneuole) opusculū, quod mihi certè laboriosum fuit, tibi, vt spero,  
vtilissimū futurū est: efficietq; vt reliquas licet aliquanto minores  
partes de Hominib. de Animalib. de Plātis, de Elemētis, deq; actio-  
nib. maximè cōmuniibus, maiore multò eū aniditate expectes. Vale,

D. M. C. R.

M. Quid tibi vis detur tanto pro munere? R. Χρῆσις:

Namque mihi Ο ΧΡΥΣΟΣ ΜΗ ΔΟΣΙΣ ἔστι ΚΑΛΑ.

Mich. Cussionellus.





# THESAURVS

RERVM, ET VER-  
borum Virgilij,



IN ACADEMIA TURNONIA  
SOCIETATIS IESV  
collectus.

DE DIIS GENTIVM,  
IN GENERE.

DEVS

\* **N**on hæc humanis opibus, non arte 12. *Æn.* 427  
magistra:  
Maior agit Deus, atque opera ad  
maiora remittit.

\* Dixit, opemque Dei non cassa in vota vocauit. 11. *Æn.* 780

\* Quò Deus, & quo dura vocat Fortuna, sequamur. 12. *Æn.* 678

\* Hinc me digressum vestris Deus appulit oris. 3. *Æn.* 715

\* Nec dextra erranti Deus absuit. 7. *Æn.* 498

\* Namque erit ille mihi semper Deus, illius aram. 1. *Ecl.* 7

DI I.

\* Imprimis venerare Deos. 1. *Geor.* 338

\* At sperate Deos, memores fandi atque nefandi. 1. *Æn.* 542

\* Multa Deos orans, oneravitque a thera votis. 10. *Æn.* 24

\* Dij meliora piis, erroremque hostibus illum. 3. *Georg.* 514

\* Ille Deum vitam accipiet, Diuisque videbit 4. *Ecl.* 15

Permistos Heroas, & ipse videbitur illis.

DIVI

\* Nec tam presentes alibi cognoscere Diuos. 1. *Ecl.* 41

\* Discite Iustitiam moniti, & non temnere Diuos. 6. *Æn.* 620

\* Heu! nihil inuitis fas quenquam fidere Diuis. 2. *Æn.* 402

\* Non hæc sine numine Diuum Eueniunt. — 2. *Æn.* 777

*Summa Priuilegij ( quo cauetur, ne quis  
præter Claudium Michaelẽ, Uni-  
uersitatis Turnonia Typographum, ad  
sex annos proximos hunc Virgilij The-  
saurum imprimat ) in fine totius operis  
ponetur.*